

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Franz Volkmar Fritzsche

**Scholae Cathedralis Quae Gustrovii Floret Saecularia Tertia A. D. IV Nonas
Octobres A. MDCCCLIII Pie Concelebranda Indicit Rector Atque Senatus
Academiae Rostochiensis**

Rostochii: Adler, [1853]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1663483957>

Druck Freier  Zugang



OCR-Volltext

L 297 e.

SCHOLAE CATHEDRALIS

QUAE GUSTROVI FLORET

SAECULARIA TERTIA

A. D. IV NONAS OCTOBRES A. MDCCCLIII (1853)

PIE CONCELEBRANDA

INDICIT

RECTOR ATQUE SENATUS ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS.

ADDITA EST NARRATIO

DE E. BURMEISTERI STUDIIS LUCIANEIS.

ROSTOCHII

LITERIS ADLERIANIS.



5345 5

SCHEDELAER GARTEN DRUCKERE

DER GESTALTUNG FLORER

SACCHARARIA TERRA

TEIL II NOVES OCTOBRES T. DECIMI.

PIE CONCELEBRANDA


INDICAT

REGATOR ADOINE SENATORIS ACADAMIAE ROSTOCHENSIS.



1000 ECT. VERHET

DE A. ALMANSUARIA STUDIIS EXALTAVIA



ROSTOCHE

LITERAR. ALMANACH 1830.



officio bestiarum pinguo aestimareceret. Quo in genere col
legis Tair dimum immitatione exemplum in Tempore ipso
G. C. H. RASEPIO

DOCTISSIMO CLARISSIMOQUE VIRO
§. D.
F. V. FRITZSCHIUS.

In magna quadam felicitatis meae parte repono, quod
Gustroviensis Gymnasii saecularia tantulo post eadem
Suerinensis sacra nobis agenda sunt, quod gratulationem
nova nec minus vera sequi debet gratulatio, quod literae
nostrae rursus ex umbraculis in solem producendae sunt.
Gemina haec utraque causa est, similis Vestrae ac Fri-
dericianae scholae splendor, eadem utrimque magistro-
rum discipulorumque aemulatio, par prope Tibi quae
ipsi Wexio nostro laus impertitur. Itaque non mirabe-
ris Vobis quoque in communi causa honores communes
ab Academiae senatu decretos esse. Nam primum Vos
quoque quotannis quasi quaedam veteranis commilitoni-
bus subsidia, juvenes Vestro labore optime instructos in
Academiam nostram submittitis, ut nobis ne liceat qui-
dem erga Vos esse ingratis: tum multos ejusmodi disci-
pulos formastis, qui labore, virtute, pietate a Vobis ad-
suefacti et parvo contenti essent et iidem quamvis ampli

offici partibus plane satisfacerent. Quo in genere collegis Tuis dignum imitatione exemplum in Temet ipso propositum est. Tu enim magno literarum amore flargas, Tu muneris partes singulari quadam fide exples, Tu Ipsi Principi, qui scholarum quoque adsiduam curam gerit, toto animo deditus es, Tu de patria nostra optime mereri studies. Quo magis gaudeo, Te, mi Raspi, olim ex mea ipsius disciplina profectum esse. Etsi tum longe plura Tuoi ipsius ingenio adsecutus es, tum alium virum mea laude majorem habuisti, quem sequi imitarique posses, ad cujus denique auctoritatem totum Te componeres, Fridericum Besserum. Hic vir et verbis et exemplo suo Vos docuit in curriculo pulverem scholasticum colligere et maximos labores aequo animo perferre. Qui quum apud Vos parvum atque exiguum esse magistrorum numerum doleret, industria tamen vires compensari posse ratus bonum praceptorum patriae natum esse non sibi adseveravit. Postremo quum ipse literarum amantissimus esset, tamen non quantum quisque Vestrum cuperet, sed quantulum temporis scholae ac muneri superesset, tantum in libris scribendis consumi debere ostendit. Tantus igitur scholae amor Besseri animo insitus et ab illo primum in Te tum in caeteros magistros transfusus et Bessero decori et ipsi gymnasio saluti fuit effecitque, ut plerique qui e Vesta palaestra exissent, multum sane civitati nostrae prodessent. Quamobrem Academiae Senatus decrevit, primum duo Professores ipso die festo gratulandi causa ad Vos Gustrovium legari, tum etiam libellum Academicum edi, in quo et promerita meritorum

Vestrorum laus et nova de humanioribus literis disputatio inesset. Itaque de Luciani Alexandri commentarium, quem hujus loci angustiae non caperent, seponere coactus, praeterquam quod extremam Galli partem denuo correctam addidi, brevem de E. Burmeisteri studiis Lucianeis narrationem scripsi, quam Tibi veteri et collegae et amico Burmeisteri nostri haud ingratam spero futuram.

Libellum, quo Te sacra Vesta publice nuntiaturum ostendisti, necdum illum ad nos perlatum cupide exspecto. Interim egregiam commentationem nuper a Te Gustrovi editam „Ansichten über die gegenwärtige Aufgabe des Gymnasiums“ relegi, in qua de plerisque rebus Tecum mihi convenit, de nonnullis ut sit aliter sentio. Nam quod Tibi jure faciendum putas, idem aliis magistris p. 18—20 fin. suadere debebas, non ut et ipsis quemadmodum Tu soles pro Euripide Sophoclem eligerent, sed ut Tuo exemplo suum quisque scriptorem sibiique notissimum discipulis explicaret. Jam anglicae linguae studium, quod Tu p. 12 e gymnasiis tantum non expellis, ego hac aetate ita augendum esse censeo, ut galliarum lectionum, quas Tu idem tantopere commendas, numerus minuatur. Denique quod p. 19 multas horas de poetarum latinorum lectione detractas prosaicis scriptoribus addere mavis: ego vero ut plane contra faciatis etiam atque etiam Vobis suadeo. Profecto enim in plerisque Megapolitanorum gymnasiis vel nunc poetae latini minus aliquanto ac debebant exponi versarique solent. Contra illud in primis laudamus, quod p. 9 veteres linguas aut accurate tractandas esse aut omnino non tractandas sta-

tuisti ideoque eis, qui nuper tumultuosa voce harum
 linguarum studium mire imminui debere clamarunt, palam
 resistere conatus es. Periculum est enim, ne quod cla-
 matores isti partim egerunt, antiquae literae ipsae et
 cum his postremo omnes omnino literae funditus in-
 tereant atque prima quaeque concedendo Germanorum
 populus omnibus in literis jam diu regnare solitus in
 extremam recidat barbariem. Nostri enim illud Horati
 nostri, *„Utor permisso caudaeque pilos ut equinae
 paullatim vello, et demo unum, demo etiam unum,
 dum cadat elusus ratione ruentis acervi.“*
 Rebus tandem tranquillatis in gymnasia nostra alias
 generis tela veneno plena a theologiae candidatis quibus-
 dam conjecta sunt. Qui quum Graeciae Latique scrip-
 tores paganos a pueris christianis legi debere negassent,
 rei dante eum diem inauditae christiani (ut putabant)
 gymnasii instituendit periculum fecerunt, in quo exter-
 minatis, qui non sine causa classici scriptores ad-
 appellantur, parum doctos ecclesiae patres prope solos in-
 terpretari auderent. Quam rem praeter Te ipsum l. l.
 p. 3 C. Sintenisius in oratione mense h. a. Majo Ser-
 vestae habita p. 12, Wexius noster in oratione Sextili
 mense Suerini edita p. 8 aliisque haud pauci attigerunt.
 Et ipsa quidem accusatio, quam Mureti primum aetate
 natam scis et vetustate prope obsoletam, nostro tamen
 tempore non inepte contemnenda sed accurate videtur
 tractanda esse. Pristinus enim religionis amor quum
 inter nostrates diu refixisset, tandem aliquando resusci-

tatus est, cui nihil obesse multumque adeo prodesse
gymnasiorum nostrorum studia quamvis per se pateat,
hoc tamen tempore vel sic clare ostendi debet. Quan-
quam Germani non solum religioni verum etiam doc-
trinae valde dediti sumus. Atqui omnes literae in gym-
nasiis certe aut classicorum scriptorum auxilio tractandae
sunt, aut tractari omnino non possunt, deficiente altero
quo omnes pueri utantur mentis excolendae instrumento.
Ita qui veterum linguarum studia corruperit, caeteras
quoque literas, quae hoc quasi fundamento nituntur,
corrumpere corruptasque delere videtur. Deinde literarum
salute ipsorum Principum salutem contineri existimo.
Nam historia docet, qui republica sublata primum regnare
coepissent, eos literarum studia egregie adjuvisse, ut ipsum
Augustum. Quum enim in cultiore populo nihil agere mens
humana nequeat, literis de quibus cogitetur sublatis con-
tinuo de civitate administranda cogitatur gliscente liber-
tatis desiderio. Nunc ad crimen ipsum revertamur id
est ad periculum, quod theologi quidam gentilium scrip-
toribus legendis religioni christianaee imminere opinantur.
Quanto rectius olim ipse Lutherus noster amisso veterum
linguarum studio dei verbum religionemque amissum iri
judicavit. Nostra enim evangelicorum ecclesia eo potis-
simum introducta est, quod Lutherus et libros sacros
vertisset et versos cum populo communicasset et eos a
doctis theologis melius etiam explicari jussisset et cum
ecclesia scholas quoque literarum luce veterum scripto-
rum studio accensa emendasset. Ita fit, ut nostrae ec-
clesiae inter semibarbaros nihil loci sit, sed ut omnes

populi evangelicae fidei addicti in scholis bene instituti esse et literis probe exculti reperiantur. Adeo evangelica fides nisi eorum populorum, in quibus theologicae aliaeque literae floreant, ne cogitari quidem potest: quarum studio sublato religio nostra necessario tolletur nosque ipsi in pontificiorum superstitionem relabemur. Quamobrem adversarii, qui omnes literas sensim extinguere conantur, ea ipsa quam se opinantur adjuturos religione nos spoliant. Qui si quod improvide agunt ubique assecuti fuerint, tota evangelicorum ecclesia intereat necesse est. Inter catholicos autem haec delatio saepius etiam quam inter evangelicos et multo acrius jactata est. Sed de illis hoc unum dicam, quod post tot tantasque lites res ipsa certissime docuit, ne catholicos quidem sua in schola utcunque modica classicis scriptoribus carere ullo modo posse quamlibet deminutis electione et per lacunas prope castratis. Ceterum valde optamus, ut de omni hoc argumento singularis liber isque dignus rei ipsius gravitate quam primum scribatur, praesertim quum multi accusatores quid hoc loco agatur, plane nesciverint. Agitur autem de ejusmodi re, quae non solum ad religionem pertineat, sed vel maxime sit literaria, qua in re primo docendum sit, quales sententiae classicis scriptoribus contineantur: quae nisi cum religione christiana recte comparatae fuerint, quid inter utrasque rationis intercedat, frustra quaesiveris. Itaque praeterquam quod varia et philologici et theologici generis eruditio requiritur, adde etiam multam lectionem, si quis perpetuam totius litis historiam contexere voluerit:

ante omnia animo opus est a praejudicatis opinionibus liberrimo. Plerique enim animo (ut fit) vel timida religione vel arroganti sapientia praeoccupato tam cupide disputatione, ut accusando et defendendo neutri modum tenerent, sed in contrarios errores inciderent. Minus cupide et longe doctius quam caeteri omnes, quos equidem viderim, de hac re C. G. Siebelis in hoc libro disseruit: „*Disputationes quinque — Lipsiae, Libraria Eduardi Kummeri. MDCCCXXXVII,*“ quem Tibi librum, mi Raspi, nunc maxime legendum puto. Hic igitur, sicut ipse professus est, ostendere studuit, in veterum Graecorum Romanorumque doctrina religionis ac morum plurima esse, quae cum christiana religione consentiant amicissime, neque humanitatis studia per suam naturam de vero religionis cultu quidquam detrahere, sed ad eum alendum conservandumque plurimum conferre. Quemadmodum autem Siebelius ex utriusque linguae scriptoribus plurimos aptissimosque de religione locos et eos bene dispositos collegit (p. 1—196): sic testimoniis allatis ipse (quod nolle factum) demonstratione abstinuit, ut bonum librum praeparasse magis videatur quam ipse confecisse. Quare nos ex iis, quae de universo hoc genere dici possunt, pauca adjiciemus. Ac primum scriptores illi pagani, quorum plerique Christo aetate antecesserunt, de ipsa religione nostra ut sibi ignota penitus tacent minimeque eam tanquam adversarii impugnant. Idem vero quum suorum gentilium superstitiones graviter ipsi refutaverint, eo christianam religionem magnopere adjuverunt. Nam suae religionis dog-

mata, i. e. poetarum fabulas et phantasmata illorum certe scriptorum plerique nulla esse crediderunt, veluti Tullius, qui in Quaestt. Tusc. I, 6 init. adeo quenquam delirare negat, quem ista poetarum et pictorum portenta moveant. Hinc illi pie nec male crediti sunt Christum, quem nondum invenire potuissent, magna tamen cura ac religione jam tum quaesivisse. Divinitas autem christiana religionis multo magis elucet certiusque cognoscitur paganorum religione perspecta, quae ipsa a Christo abolita est. Quare hac ipsa utriusque religionis comparatione ecclesiae patres uti consueverunt. Sic etiam Lucianeos improborum deorum dialogos legere nemo potest, quin paganorum dogmata abominetur seque christianum natum esse toto animo gaudeat. Sed a populari gentilium religio, ipsorum scriptorum, sapientissimorum virorum probe discernenda est, in qua christiana religionis initia quaedam et prima quasi elementa certo agnoscas. Nam id scriptores illi unicuique agendum esse docent, ut non solum mentem excolat, verum etiam animum emendet, ut homo natus verae humanitatis ornamento omniumque virtutum generi studeat, ut non umbram virtutis, sed eam speciem quam mente videmus detractis omnibus vitiis sequatur. Hos qui adsiduo legerit, nae is ut vere sit vir bonus elaborabit, pejusque leto, ut ait Horatius, flagitium timebit. Hinc illae literae ut animi et mentis emendatrices atque humanitatis quasi effectrices humaniores literae sive humanitatis studia appellata sunt. Quo majorem autem scriptores illi animis religionem incuterent, etiam in morum praeceptis homini

ad deum, quem pars eorum et perfectum et vero unicūm esse jam viderat, omnia referenda esse demonstrarunt. Quin etiam inter philosophos certe, quos hic potissimum auctores sequimur, fuerunt, qui animum humānum esse immortalem confirmarent. Atqui haec quae dixi omnia a Christo minime abrogata sunt, sed nunc ut doctrina de uno deo et de immortalitate magis etiam correcta, nunc ut morum disciplina magnam partem re-tenta videntur. Quae autem servata sunt, ea non ad caput religionis nostrae, revelationem ipsam, sed ad naturalis religionis locos jure revocantur. Quamobrem in multis Ciceronis libris (ut his utar) generis philosophici, velut in libris de officiis et in quaestionibus Tusculanis vix quidquam invenias, quod ipsius Christi praeceptis non plane conveniat. Neque vero aut tam impius sum aut tam stultus, ut oratione mea de christianae religionis divinitate quidquam detractum velim. Hoc unum ostendere volui, scriptores quos dixi paganos salva pietate christiana ab juventute nostra posthac quoque tractari posse. Nimirum ut mens excolatur, minime ut religionis praecepta tradantur, quae ex ipsis christianorum libris sacris unice repetenda sunt. Sed quoniam veterum philosophorum mentio facta est, de Stoicis non nihil addendum videtur. Tametsi igitur Tu, Raspi, l. l. p. 3 ab eo theologo recte dissentis, cui Cicero jejonus areatalogus fuisse visus est: vel sic tamen Ciceronem fuisse mallem Stoicum. Hi enim morum disciplinam non frigide enarrare solebant, sed animi eorum magna pietate ac religione perfusi erant. Idem, ut multa Chrysippi fragmenta docent, ipsas Ho-

mericorum deorum fabulas allegorica interpretatione usi ad ethicam doctrinam revocarunt. **Omninoque haec ethica Stoicorum, quibus ipsa virtus finis bonorum esse videbatur, apud Graecos Romanosque in summa fuit dignitate.** Quid, quod his Stoicis, ut Cleanthe, ut Seneca aliisque ipsi ecclesiae nostrae patres adeo delectati sunt, ut non solum multos eorum locos afferrent et probarent, sed etiam hos ad christianam religionem proxime accessisse concederent. Ac profecto qui vel Cleanthis hymnum in Jovem vel totum fere Senecam legerit, scriptores sibi legere videbitur christianos. Hic facere non possum quin alium ejusdem Cleanthis docum a Seneca eodem latine versum, qui et ipse christiano dignus est addam in eoque desinam. Verba sunt philosophi Jovem alloquentis:

„Duc me parens celsique dominator poli,
quocunque placuit: nulla parendi mora est.
Adsum impiger: fac nolle, comitabor gemens
malusque patiar, quod pati licuit bono.“

Vale.

Dabam Rostochii Idibus Septembribus.

σοτεῖ ἡμίς τέλοις ἢ διηγήσασιν αριθμοῖς οὐ ποτὲ γνωστόν τοι
σοθέντι τούτῳ μηδέποτε ἡμίς τοτέ τίς ποιητήρεσι τοις τιμητορεσκότοις
μηδέ ποιητοτέροις εἴτε τάλαι τοις πελατούσιν σολίοις οἱ λόγους τοις ποιητούσιν
τυπούσινοις τοῦτοι μηδέ ποτὲ ποιητήρεσι τοτέ ποτέ τοις ποιητούσιν
τοις τοις ποιητούσιν τοῦτοι μηδέ ποτέ τοις ποιητούσιν τοτέ ποτέ τοις ποιητούσιν
τοις τοις ποιητούσιν τοῦτοι μηδέ ποτέ τοις ποιητούσιν τοτέ ποτέ τοις ποιητούσιν
ΟΝΕΙΡΟΣ Η ΑΛΕΚΤΡΥΩΝ.

Vol. II. p.
737 ed. Reitz.

ΜΙΚ. Εἰπέ μοι, ὁ ἀλεκτρυών, σὺ δὲ ὅπότε βασιλεὺς ἦσθα (φῆς γὰρ καὶ **XXIV**
βασιλεῦσαι ποτε), ποίου ἐπειραθῆς τοῦ βίου ἐπείνον; ἢ πον πανευδάίμον
738 ἦσθα τὸ πεφάλαιον ὃ τι * πέρι ἔστι τῶν ἀγαθῶν ἀπάντων ἔχων; **ΑΛΕΚ.**
Μηδὲ ἀναμιηῆσις με, ὁ Μίκυλλε οὗτος τρισάθλιος ἦν τότε, τοῖς μὲν ἔξι πάσιν
ὅπερ ἔφησθα πανευδάίμον εἶναι δοκῶν, ἔνδοθεν δὲ μηδίσις ἀνίσις ξυνῶν.
ΜΙΚ. Τίσι ταύταις; παράδοξα γὰρ καὶ οὐ πάντη πιστὰ φῆς. **ΑΛΕΚ.** Ἡρον **VII**
μὲν οὐκ ὀλίγης χώρας, ὁ Μίκυλλε, παμφόρου τινὸς καὶ πλήθει ἀνθρώπων καὶ
ζάλλει πόλεων ἐν ταῖς μάλιστα θαυμάζεσθαι ἀξίας, ποταμοῖς τε ναυπορόδοις

C. XXIV. βασιλεῦσαι ποτε, ποίου] ita conjeci. βασιλεῦσαι ποτε, ποτον ποτ' G.A. βασι-
λεῦσαι ποτε, ποίου τότ' A. βασιλεῦσαι ποτε etiam L. ποίου τότ' etiam C. ποίου ποτέ TV.
βασιλεῦσαι, ποίου τινὸς v. et fortasse D. — τοῦ βίου ἐπείνον A. ἐπείνον τοῦ βίου D et v.
In G haec desunt usque ad ὃ τι πέρι ἔστι. — ἔφησθα] ἔφης A. — ἔνδοθεν ADGV. ἔνδον v.
Cf. varr. lect. Parasit. c. 53. — ξυνῶν AC. οννῶν D et v. — πάντη ACTVY. πάνν DG et v.
ζάλλει πόλεων Da. ζάλλει τῶν πόλεων A et v. — ἀξίας D et v. ἀξίας A. Falso. — ἀνάριθ-
μον D et v. ἀνάριθμον A. — ὁ κοῖλος om. DGa. — πᾶσα ἐς ὑπερβολὴν] ἐς ὑπερβολὴν πᾶσα
A. — ξυνέθεον ADG. συνέθεον v. — προπομπείοντας AGV. προπεμποντας D et v. — ἐπεί-
τοις μὲν] ἐπείτοις μὲν τούτοις n (sc. e codice), quo confirmatur paullo post τούτοις pro ἐπεί-
τοις. — τῆς ἀγροτας ή. τοῖς ἀγροτας A. τῆς ἀγροτας DL. — συνεγίγνωσκον v. συνεγίγνωσκον AG.
— τούτοις AV. ἐπείνοις D et v. — οἵους ἡ AD et v. οἵους ὁ La. οἵς ἡ V. — ἐποίησαν ACGA.
ἐποίησεν D et v. — ζάλειν A. ἐπείνον D et v. — ἐπείστος om. DGa. — ἐπείσθεν μὲν V
Jacobitio probante Dindorfio. ἐπείσθεν μὲν A, quod olim receperam. τὰ ἐπτὸς ὁ μὲν v. et
diserte D. — ποσειδὼν τις A. ποσειδὼν D et v. — ἐν ψυνοῖσιν AC. ἐν ψυνοῖσιν GATVn. ψυνοῖσιν
v. et D. — συνειργασμένος A. — ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ DG. ἔχων τῇ δεξιᾷ A et v, quod defendi
potest. Cf. D. Marin. XIV, 2 et Anachars. c. 7. Malui tamen ob collocationem verborum
Jacobitio auctore praeverbiū recipere. — τὰ γ' ἔνδον ACGA. τὰ ἔνδοθεν D et v. — δια-
πεπεριημένονς AG. πεπεριημένονς D et v. πεπαρονημένονς L. — πίτταν καὶ πηλὸν AGTVn.
πίτταν ὑπόπτηλον v. et diserte D. — πολλὴν τινὰ τοιαῖτην ACG. τοιαῖτην πολλὴν τινὰ G.
τοιαῖτην τινὰ πολλὴν D et v. — μνῶν ADG. μνῶν v. De A non erat quod Jacobitius du-
bitaret. *Mnōn* conjecterant Palmerus et ad similem I. Jov. Trag. c. 8 Solanus, tacite probante
Bastio Epist. Critic. p. 169. Frustra olim p. 299 Wesselingio duce vulgatam defendere studui.
Hinc Klotzius *μνῶν* male retinuit, non item Jacobitius. — *μνγαλῶν* A et v. *μνγαλεῖν* D.
μνγαλέων L. — *τοιοῦτόν* AD et v. *τοιοῦτό* GV. —

καταρρεομένης καὶ θαλάττη εὐόρμῳ χωμάτῃ, καὶ στρατιὰ ἦν πολλὴ καὶ ἄπος συγκεντοῦμένη καὶ δορυφορικὸν οὐκ ὀλίγον καὶ τριήρεις καὶ χοημάτων πλῆθος ἀνάριθμον καὶ χωσὸς ὁ κοῖλος πάμπολος καὶ ἡ ἄλλη τῆς ἀρχῆς τραγῳδία πᾶσα ἐς ὑπερβολὴν ἔξωγκωμένη, ὥστε ὅπότε προσιόμι, οἱ μὲν πολλοὶ προσεκύνουν καὶ θεόν τινα ὅραν φόντο καὶ ἄλλοι * ἐπ' ἄλλοις ἔνυθεν ὄψόμενοι με, οἱ δὲ 739 καὶ ἐπὶ τὰ τέγη ἀνίστηται ἐν μεγάλῳ ἐπίθεντο ἀριθμῷ ἐωρακέναι τὸ ζεῦγος, τὴν ἐφεστρίδα, τὸ δάμημα, τοὺς προπομπεύοντας, τοὺς ἐπομένους. ἐγὼ δὲ εἰδὼς ὅπόσα με ἤντια καὶ ἔστρεφεν, ἐκείνοις μὲν τῆς ἀγνοίας συνεγίγνωσκον, ἔμαντὸν δὲ ἡλέοντος ὅμιουν ὄντα τοῖς μεγάλοις τούτοις πολοσθοῖς, οἵους ἡ Φειδίας ἡ Μύρων ἡ Πραξιτέλης ἐποίησαν· κάκείνων γὰρ ἔκαστος ἔκτοσθεν μὲν Ποσειδῶν τις ἡ Ζεύς ἐστι πάγκαλος ἐκ χωσίου καὶ ἐλέφαντος ἔνυειογασμένος, περαντὸν ἡ ἀστραπὴν ἡ τρίαιναι ἔχων ἐν τῇ δεξαῖῃ, ἦν δὲ ὑποκύψας ἕδης τά γ' ἔνδον, ὅψει μοχλούς τινας καὶ γόμφους καὶ ἥδους διαμπάξ διαπεπερονημένους καὶ κορμούς καὶ σφῆνας καὶ πίτταν καὶ πηλὸν καὶ πολλὴν τινα τοιαύτην ἀμορφίαν ὑποκουρούσαν· ἐώ λίγειν μυῶν πλῆθος ἡ μυγαλῶν * ἐμπολιτευόμενος- 740
XXV νον αὐτοῖς ἐγίοτε. τοιοῦτόν τι καὶ βασιλείᾳ ἐστίν. MIK. Οὐδέποτε ἐφησθα

C. XXV. οὐδέποτε L. — ἐφησθα] ἐφῆ AC. — μοχλὸν καὶ γόμφον A. γόμφον καὶ μοχλὸν D lemma scholii et v. γόμφον G omisssis καὶ μοχλὸν. Referuntur haec ad verba c. 24 μοχλὸν τινας καὶ γόμφους. — οὔτινες AC. οὔτινες εἰσ D et v. — ἡ τις] εἰ τις

A. — τό γε τῷ γε Λ. — ζοικέ σον τῷ] ita conjecti. ζοικέναι σὸν τῷ A. ζοικένειν οὐ τος D (i.e. οὐ τος et supra οὐ τως). ζοικέν οὐτος Ya (fortassis etiam G, qui apud Jacobitium ζοικεν οὐτος τῷ). ζοικέν οὐτως v. Quod meliore etiam sententia conjecti, id ipsum in codicem scripturis inest: non inest ζοικέν οὐτως Guyeti conjectura Jacobsio Dindorfioque probata. Tῷ articulo opus esse etiam Klotzius monuit caeteroqui tamen caecutiens. — γάρ τε γάρ τοι Λ. — σὸν δὲ οὐ παὶ D et v. σὸν δὲ τὰ ἔνδον ἥδη καὶ τοῦ G. — δείματα Solanus et postea ADC GLAY. δήματα T. δήματα v. δείματα d p. — καὶ ὑποφίας] τὰς ὑποφίας G. καὶ τὰς ὑποφίας L. — καὶ αὐτε ἐπιβούλας om. G. — τε] τὸ L. — ἐγγίνεται ACGL. ἐγγίνεται v. Attici ut γίγνομαι et γιγνώσκω, ita idem ἐγγίνομαι, συγγίνομαι, συγγινώσκω praetulisse videntur. — ἀλλ ἀνάγκη A. ἀλλα ἀνάγη v. — διασοπεῖσθαι ACGL. διασοπεῖν D et v. — ὑπος — ὄρμαντον] JI. 2, 4. — ὁργόντων A et v. ὁργόντων D et fortasse G, qui apud Jacobitium ὁρζόντων. — ἀπάντων] πάντων a. — Λεδὸν] G in mrg: γρ. viōn. — ὁ νιὸς ACGL. νιὸς v. et fortasse D. — πρὸς τὸ οὐς ego praeft. Quaestt. p. XXIX. πρὸς οὐς A et v. πρὸς οὐς G. haec duo verba πρὸς οὐς om. Da, sed legerat schol., cuius verba ἰδίᾳ ἀνακοινώμενος ad h. I. non ad superius ξενολογῶν referri debebant. Ubique Lucianus (ut in simillimis locis De Calumn. n. t. ered. c. 2 et Deor. Conc. c. 1) πρὸς τὸ οὐς non sine articulo. Plurima collegit Valekenarius ad schol. Phoeniss. p. 714, quibus lectis apparent poetas de certa aure etiam πρὸς οὐς, pedestres autem constanter cum articulo πρὸς τὸ οὐς dixisse. — Συραχοοῶν Dindorfius. συραχοοῖσιν D. συραχοοῖσιν A. Συραχοοῖσιν v. — post οὐλενος D continuo pergit τὸ δὲ, omisssis ἀλλα κάκείνα usque ad διαφιθερίζοντες. — δέ] δέο G. — διαφιθερίζοντες] διαλεγόμενοι VY, quam lectionem hue, non ad superius λεγόμενοι spectare vidit Lehmannus. — τοὺς φιλτάτους μάλιστα v. μάλιστα τὸν φιλτάτους AG. τὸν φιλτάτους (omisso μάλιστα) D. — ἥξειν ἐλπίζειν v. et diserte D. ἐλπίζειν ἥξειν A. De re ipsa consentit Aeschylus Prometh.

ΣΑΤ τὸν πηλὸν καὶ τοὺς μοχλοὺς καὶ γόμφους οἵτινες τῆς ἀρχῆς οὐδὲ τὴν ὁμορφίαν
ἐκείνην τὴν πολλὴν ἥτις ἐστίν· ὡς τὸ γε ἔξελαίνειν ἀποβλεπόμενον καὶ τοσού-
τον ἄρχοντα καὶ προσκυνούμενον δαιμονίως ἔσικέ σου τῷ κολοσσιαίῳ παραδείγ-
ματι· θεοπέσιον γάρ τι καὶ τοῦτο. σὺ δὲ τὰ ἔνδον ἥδη τοῦ κολοσσοῦ λέγε.

ΑΛΕΚ. Τί πρῶτον εἴπω σοι, ὦ Μίκηλε; τοὺς φόρους καὶ τὰ δείματα καὶ
ἱποψίας καὶ μῆσος τὸ παρὰ τῶν συνόντων καὶ ἐπιβούλας, καὶ διὰ ταῦτα ὑπνον
τε ὀλίγον, ἐπιπόλαιον κακεῖνον, καὶ ταραχῆς μεστὰ ὄντειστα καὶ ἴννοιας πολυ-
πλόκους καὶ ἐπιδιάς ἀεὶ ποιητὰς, ἢ τὴν ἀσχολίαν καὶ χρηματισμοὺς καὶ δίνεις
καὶ ἐπιτραπείας καὶ προστάχματα καὶ συνθήματα καὶ λογισμούς; ὑφ' ὃν οὐδὲ
ὅναρ ἀπολαῦσαι τίνος ἥδεος ἐγγίνεται, ἀλλ' ἀνάγκη ὑπὲρ ἀπάντων μόνον δια-
741 σκοπεῖσθαι καὶ μνοίας ἔχειν πράγματα. *

οὐδὲ γάρ οὐδεὶς πολλὰ φρεσὶν ὁμοιείνται, καὶ ταῦτα ὁργάντων ἀπάντων. λυτεῖ δὲ τὸν μὲν Λυδὸν ὁ νιὸς ποφὸς
ὦν, τὸν Πέρσην δὲ Κλέαρχος Κύρως ἔνοιογῶν, ἄλλον δὲ Λίων πρὸς τὸ οὖς τισι
τῶν Συρακουσίων ποιολογούμενος, καὶ ἄλλον Παρμενίων ἐπινούμενος καὶ
Περδίκκαν Πτολεμαῖος καὶ Πτολεμαῖον Σελεύκος· ἄλλα πάνεινα λυτεῖ, ὁ ἐρώ-
μενος πρὸς ἀνάγκην ἔντοντας παλλακὶς ἄλλως κείρουσα καὶ ἀποστήσεσθαι τινες
λεγόμενοι καὶ δύ' ἢ τέτταρες τῶν δορυφόρων πρὸς ἄλλολους διαφιλυρίζοντες.
τὸ δὲ μέγιστον, ὑφορᾶσθαι δεῖ τοὺς φιλάτατους μάλιστα πάξ ἐπείνον ἀεὶ τι δει-
νὸν ἥξειν ἐπίτιξεν. ἐγὼ μὲν οὖν ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀπέθανον ἐν φαρμάκων, ὁ δὲ
καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ ἔρωμένου, τὸν δὲ πρὸς ἄλλον ἵσως ὅμοιότροπος θάνατος
κατέλαβεν. ΜΙΚ. Ἀπαγγείλει ταῦτα φῆς, ὦ ἀλεκτριών. ἐμοὶ δὲ οὖν πολὺ

v. 226 Ἐνεστὶ γάρ πως τοῦτο τῇ τυραννίδι | νόσημα, τοῖς φίλοισι μὴ πεποιθέται. — ἐγὼ μὲν
οὖν — ἀπέθανον L. ἐγὼ γοῦν — ἀπέθανον D et a Reitzii (a Jacobitii. οὖν pro γοῦν). ἐγωγ'
οὖν — ἀπέθανον G. ὁ μὲν γοῦν — ἀπέθανεν A et v. Quum gallus, ut e. c. 20 et 24 patet,
olim ipse regnaret, prima persona nec sine lepore et cum egregio quodam acumine posita est,
in quo Luciani ingenium non librarii facile agnoscas. Tum minime ὁ μὲν γοῦν sed certe ὁ
μὲν οὖν scribendum esset, quod nusquam legitur. Receptum est ἐγὼ μὲν οὖν a Schmiedero,
a me p. 300 et Lehmanno, non a Klotzio ejusque pedisequis. — τὸν δὲ πρὸς ἄλλον λόως ita
conjeci. τὸν δὲ ἄλλον λόως A et v. τὸν δὲ ἄλλος λόως Ua et (qui λόως pro λόως) G. τὸν δὲ
λόως ἄλλος D. Dedi id quod sententia postulat. Nam et gallus rex a filio et filius rex ab
amasio et amasius rex ab alio omnes tamen veneno absunti sunt. — ὅμοιότροπος θάνατος
v. et diserte D. ὅμοιος τρόπος θανάτου ACV, haud dubio glossemate. —

C. XXVI. ἐμοὶ δὲ οὖν] Libri omnes ἐμοὶ γοῦν. — ἀσφαλέστερον usque ad φιάλης om.
A. — ἡ ἀκονίτῳ ADG. καὶ ἀκονίτῳ v. — γοῦν ADG. δὲ v. — παρολισθοι Guyetus et postea
G. παρολισθοῖ A et v. — τῆς ἐπ'] τῆς om. A. — τοὺς δακτύλους ACGA et ordine alio αἰμ.
τοὺς δακτύλους ἐτεμ. ὀλίγον τι V. τοῦ δακτύλου v. et fortasse D. — θανάσιμα] θανασίμοις
G. — σύνορτες AC. συνόρτες D et v. — ἐστι A et v. ἐστιν a. ἐνεστι G. ἐνεστι D. — δια-
δήματ' D et v. διαδήματα ACGA. — γίγνεται A et v. γίγνεται DG. — πενεμβατήσας ACGAV

ἀσφαλέστερον * σκυτοτομεῖν ἐπικενυφότα ἢ πίνειν ἀπὸ χονσῆς φιάλης πωνείῳ 742

ἢ ἀκονίτῳ συνανακραθεῖσαι φιλοτησίαν ὁ γοῦν κίνδυνος ἐμοὶ μὲν, εἰ παρολίσθοι τὸ σμιλίον καὶ ἀμάρτοι τῆς τομῆς τῆς ἐπ' εὐθὺν, ὀλίγον τι αἰμάξαι τοὺς δακτύλους ἐντεμόντα· οἱ δὲ ὡς φῆς θανάσιμα εὐωχοῦνται, καὶ ταῦτα μνήσις καποῖς ἔννόντες. εἰτ' ἐπειδὴν πέσωσιν, ὅμοιοι μάλιστα φαίνονται τοῖς τραγικοῖς ὑποκριταῖς, ὥν πολλοὺς ἵδειν ἔστι τέως μὲν Κέρωσις δῆθεν ὄντας ἢ Σιούφους ἢ Τηλέφους διαδήματ' ἔχοντας καὶ ξίφη ἐλεφαντόνωτα καὶ ἐπίσειστον πόμην καὶ γλαυκόνδη χρυσόπλαστον ἢν δὲ, οἵα πολλὰ γίγνεται, * κενεμβατήσας 743

τις αὐτῶν ἐν μέσῃ τῇ σκυνῇ καταπίσῃ, γέλωτα δηλαδὴ παρέχει τοῖς θεαταῖς τοῦ προσωπείου μὲν συντριβέντος αὐτῷ διαδήματι, ἥμαγμένης δὲ τῆς ἀληθοῦς περιφλῆς τοῦ ὑποκριτοῦ καὶ τῶν σκελῶν ἐπὶ πολὺ γυμνουμένων, ὡς τῆς τε ἐσθῆτος τὰ ἔνδον φαίνεσθαι ὁάκια δύστηνα ὄντα καὶ τῶν κοθόρων τὴν ὑπόδεσιν ἀμορφοτάτην καὶ οὐ κατὰ λόγον τοῦ ποδός. ὅρᾳς, ὅπως με καὶ εἰκάζειν ἢδη ἐδίδαξας, ὡς βέλτιστε ἀλεκτρών; ἀλλὰ τυραννὸς μὲν τοιοῦτον τι ὥφθη ὄντας ὕπον δὲ ἢ πάνων ἢ ἰχθύς ἢ βάτραχος ὅπότε γένοιο, πῶς ἐφερες ἐκείνην

XXVII τὴν διατριβήν; * ΑΛΕΚ. Μακρὸν τοῦτον ἀνακινεῖστὸν λόγον καὶ οὐ τοῦ παρ- 744
όντος καιροῦ πλὴν τὸ γε περάλαιον, οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἀπορημούστερος τῶν βίων ἔδοξε μοι τοῦ ἀνθρωπείου, μόναις ταῖς φυουμαῖς ἐπιθυμίαις καὶ χρείαις ἔνμεμετρημένος τελώνην δὲ ὕπον ἢ συκοφάντην βάτραχον ἢ σοφιστὴν πολοιόν ἢ ὄψοποιόν πάνωπα ἢ πίνακον ἀλεκτρώνα ἢ ὄσα ὑμεῖς ἐπινοεῖτε, οὐκ ἀν-

XXVIII ἴδοις ἐν ἐκείνοις. ΜΙΚ. Ἀληθῆ ἴσως ταῦτα, ὡς ἀλεκτρών· ἐγὼ δὲ δὲ πέπονθα

ει

et schol. προσκρούσας D et v. — παρέχει A et v. παρέχει DLa. παρέχοι V. — ὡς A et v. sed om. DLa. — φαίνεσθαι] φαίνεται A. — ὁάκια δύστηνα ὄντα A et v. ὁάκια ὄντα δύστηνα D. — κοθόρων ACT. ἔμβαδων D et v. pro quo certe ἔμβατῶν scribendum erat, ut bene Reitzius. — ἐπόδεσιν] ἐπόδησιν G. — οὐ κατὰ A. οὐχὶ κατὰ D et v. δὲ . . κατὰ G. — ποδὸς] παδὸς A. — ἢδη ἐδίδαξας ὡ] ita conjeci. ἢδη ἐδιδάξω ὡ G. ἐδιδάξω ἢδη ὡ ACV. ἐδίδαξας ἢδη ὡ D et v. ἐδιδάξα ἢδη ὡ Y. Transposito cum G. ἢδη aut scribendum ἢδη ἐδίδαξας ὡ, aut ἢδη ἐδιδάξω ὡ, in quo tamen ω litera mero errore e proxima ὡ iterata videtur. Alioquin δὲ διδάσκαλος ἐδιδάξατο pro usitatiore ἐδίδαξεν et ipsum attice dicitur. Vide Aristoph. Nub. v. 782, ubi Hermannus et Pindari et vero Simonidis exemplo utitur. Praeterea vide Lucianum De Dea Syria c. 15 et quae apte Klotzii comparavit, Harmonid. c. 1, Anachars. c. 17 et ibid. c. 19. — ante ἀλλὰ τυραννὸς μὲν nova persona est in A. — τοιοῦτον] τοιοῦτον G. — ὅπότε AD et v. ὅτε TV. —

C. XXVII. τοῦτον ADGUvn. τοιοῦτον v. — καὶ χρεῖαις om. G. — ἔνμεμετρημένος ACV, probante etiam Schaefero ad Dion. Hal. in Jndice p. 164. συμμεμετρημένος G.A. μεμετρημένος Da. ἔνμεμετρημένος v. — ὄψοποιόν A scholiasta et v. ἐψιπέτην DL. — ἢ ὄσα A. καὶ ταῦλα ὄσα D et v. — ἐπινοεῖτε] ita conjeci. ἐννοεῖτε AVY. ἐπιτηδεύετε D scholiasta et v. Cf. Burmeister Quaestt. Crit. p. 42 sq. —

C. XXVIII. ἀληθῆ ἴσως ταῦτα ADG, fortassis etiam C. ἀληθῆ ταῦτα ἴσθι L. ἀληθῆ ταῦτα ἴσως v. — δὲ πέπονθα ADGa. ὡς πέπονθα v. — πρός σε] Libri πρὸς σέ. — εἰπεῖν A.

οὐκ αἰσχύνομαι πρὸς σε εἰπεῖν οὐ δύναμαι ἀπομαθεῖν τὴν ἐπιθυμίαν ἣν ἐκ παιδῶν εἶχον πλούσιος γενέσθαι, ἀλλὰ μοι καὶ τούντινον ἔτι πρὸ τῶν ὄφθαλμῶν ἔστηκεν ἐπιδεικνύμενον τὸ χρυσίον, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῷ καταράτῳ Σίμωνι ἀποπνίγομαι τρυφῶντι ἐν ἀγαθοῖς τοσούτοις. **ΑΑΕΚ.** Ἐγώ σε ἴασσομαι, ὁ
745 **Μίκιλλε,** καὶ ἐπείπερ ἔτι νῦν ἔστιν, ἔξαναστὰς * ἐπον μοι ἀπάξιο γάρ σε παρ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν Σίμωνα καὶ ἐς τὰς ἄλλων πλουσίων οἰκίας, ὡς ἵδης οὐα τὰ παρ' αὐτοῖς ἔστι. **ΜΙΚ.** Πῶς τοῦτο, πεκλεισμένων τῶν θυρῶν; εἰ μὴ καὶ τοιχωργεῖν γε σύ με ἀναγκάσεις. **ΑΛΕΚ.** Οὐδαμός, ἀλλ' ὁ Ἔρμῆς, οὗπερ ιερός εἴμι, τοῦτο ἔξαιρετον ἔδωκε μοι, ἣν τινι τῶν οὐραίων πτερῷν τὸ μήκιστον, ὃ δὲ ἀπαλότητα ἐπικαμπτές ἔστι (δύο δὲ ἔστι μοι τοιαῦτα), τὸ δεξιὸν τοίνυν ὅτῳ ἀν ἐγὼ ἀποσπάσαι παράσχω καὶ ἔχειν ἐς ὅσον ἀν βούλωμαι, ἀνοίγειν τε ὁ **XXXX**

λέγειν D et v. — οὐ δύναμαι A. οὐδέπω δύναμαι D et v, quod videtur esse correctoris. Οὐδέπω esse etiam in A male narrat Klotzius ab Jacobitio deceptus. At A non οὐδέπω sed οὐ exhibit secundum collationes et Schmiederi et meam ipsius, qua nihil esse potest certius. — εἶχον bis scriptum in A. — μοι μὴν Da. — τούντινον D et v. τὸ ἐνύπνιον AG. — ἔξαναστὰς ἀναστὰς GA. — παρ' ADCLΔα. πρὸς v. — ἐς τὰς A. εἰς τὰς D et v. — ἄλλων πλουσίων Libri omnes τῶν ὄλλων πλουσίων. — ἵδης A. ἵδης D et v. — ἔστιν a. — εἰ μὴ καὶ ACGΔΤUV. καὶ μὴν v. et diserte D. — τοιχωργεῖν D et v. τοιχωργεῖν A. — γε σύ με ἀναγκάσεις CGΔV et qui ἀναγκάσης A. με συναναγκάσεις D et v. ἀναγκάσεις etiam T. — τοῦτο ἔξαιρετον ἔδωκε μοι A. ἔξαιρετον ἔδωκε μοι τοῦτο D et v. — ἣν τινι τῶν οὐραίων πτερῷν] ita correcxi. Libri ἦν τις τὸ οὐραῖον πτερόν. At et genitivo pluralis opus est neque servato τις anacoluthon expeditri potest. Nunc vero ἦν τινι et ὅτῳ ἀν optime cohaerent. — ἐπικαμπτές ἔστι D et v. ἐπικαμπτές ἔστι μοι ACGΔ errore e proximis verbis petitio. — δύο δὲ ἔστι μοι τοιαῦτα] ita prorsus D delecta etiam Micylli persona, praeterquam quod non τοιαῦτα sed ταῦτα exhibet. δύο δὲ ἔστι μοι τοιαῦτα (nōva persona ut vulgo servata) A. **ΜΙΚ.** Δύο δὲ ἔστι σοι τοιαῦτα v. Quae criticis placuisse mirum est. — ἀποσπάσαι ACGΔVY. ἀποσπάσαι D et v. — καὶ ἔχειν] ita conjeci. καὶ ἔχειν AGΔV. ἔχειν D et v. — βούλωμαι ADCa. ἐγὼ βούλωμαι G. βούλομαι v. — ἀπαντά A. πάντα G. τὰ πάντα D et v. — καὶ γόνης ὥν.] Libri καὶ σὺ γόνης ὥν. Σὺ jam olim delevi Praef. Quæsti. p. XXIX collatis simillimis locis Timon. c. 20, Toxar. c. 8, Philops. c. 5, D. Meretr. V, 3. — ἀπαξ] ἀπαν D. — παράσχεις AD et v. παράσχοις G. — παρεισελθών] παρεσελθών A. παρελθών D et v. — ἀποτείνων Guyetus, Gesner et postea ACL. ἀποτείνων G. sive ἀποπεινών A. ἀποπεινών v. et diserte DV. Pro ἀποτείνων videtur etiam fuisse qui περιτείνων legeret, si quidem haec ipsa afferre videtur grammaticus Hermanni D. E. R. G. G. p. 391 Περιτείνει, τὸ ἐπὶ τινος ἔξαπλοι, ἢννον ἐπάρω τινὸς, οἷον „περιτείνει τὸ σάντος ὁ σωτοτόμος τῷ ξύλῳ“ παρὰ Λονικανῶ. — ἦν τι τοιοῦτον G. ἦν τι τοιοῦτο A. ἦν τινα τοιοῦτον AC. ἦν τοιοῦτον D. ἦν τοιοῦτον τι v. — ἐργάσηται v. et diserte D. ἐργάζηται A. — καταφράσσαι AG et libri Thomaee M. p. 388 R. — τοῦ τοιοῦτον. ἀπίωμεν δὲ ὅμως] haec omnia om. D. τοῦ τοιοῦτον om. etiam L. — ἀφέξομαι AD et v. ἀφέλωμαι A. — ἀπότιλον] ἀπότιλλον LΔa. — πτῖλον] πτῖλον AG. — ἀπέτιλας] ἀπέτιλλας LΔ et codex Thomaee M. p. 363. — ἀν

ἀμορφον τὸ πρᾶγμα A. ἀμορφον τὸ πρᾶγμα ἀν D et v. — χωλεύοις] χωλεύῃς G. — Post διὰ contra omnes libros τοῦτο inserui, quod improbanti διὰ funditus delere licebit. Nam διὰ θάτερον τῆς οὐρᾶς μέρος A et v. διὰ θατέρου τῆς οὐρᾶς μέρους L a et qui διαθατέρον D. —

τοιοῦτος πᾶσαν θύραν δύναται καὶ ὁρᾶν ἄπαντα οὐχ ὁράμενος αὐτός. *MIK.*
 Ἐλεήθεις με, ὃ ἀλεκτρυὼν, καὶ γόης ὥν. ἐμοὶ δὲ οὖν ἦν τοῦτο ἄπαξ παρα-
 σχης, ὅψει τὰ Σίμωνος πάντα ἐν βραχεῖ δεῦρο μετέμνεγμένα· μετοίσω γὰρ
 αὐτὰ παρεισελθόντι ὁ δὲ αὐθις περιπόθεται ἀποτείνων τὰ καττύματα. *ΑΛΕΚ.*
Oὐ θέμις γενέσθαι * τοῦτο· παρήγγειλε γὰρ ὁ Ἐρμῆς, ἢν τι τοιοῦτον ἔργα- 746
 οηται ὁ ἔχων τὸ πτερόν, ἀναβοήσαντά με καιτιφωρῶσαι αὐτόν. *MIK.* Ἀπί-
 θανον λέγεις, πλέπτην τὸν Ἐρμῆν αὐτὸν ὄντα τοῖς ἄλλοις φθονεῖν τοῦ τοιούτου.
 ἀπίθμεν δὲ ὅμως ἀφέξομαι γὰρ τοῦ χρυσίου, ἢν δύνωμαι. *ΑΛΕΚ.* Ἀπότιλον,
 ὃ Μίκηλε, πρότερον τὸ πτῖλον τί τοῦτο; ἄμφω ἀπέτιλα. *MIK.* Ἀσφαλέσ-
 τερον οὔτως, ὃ ἀλεκτρυὼν, καὶ σοὶ ἡττογ ἀν ἀμορφον τὸ πρᾶγμα εἴη, ὡς μὴ
 XXIX χωλεύοις διὰ [τοῦτο] θάτερον τῆς οὐρᾶς μέρος. *ΑΛΕΚ.* Εἰεν ἐπὶ τὸν Σίμωνα

C. XXIX. *ΑΛΕΚ.* Εἰεν — πλουσίων] haec om. G. — Οὐ μὲν οὖν Dindorfius pro
 οὕμετον. — παρὰ ADGα. περὶ v. — ante καὶ δὴ nova persona in A. — ίδον ὃ Ἡράκλεις,
 ἥδη] ita haec transposui. ίδον ἥδη ὃ Ἡράκλεις A. ίδον ἥδη Ἡράκλεις V. ίδον δὴ ὃ Ἡράκλεις
 D et v. — ἀναπέπταται D. ἀναπεπέπταται A. ἀναπέπταται Ya. ἀναπεπέπταται A et v., quod
 olim servavi. Nam ἀναπέπταται edere non ausus hoc jam tum observaveram, attica forma
 Lucianum nunquam non usum esse collatis Nigrin. c. 4, Timon. c. 19, ibid. c. 41, De Merc.
 Cond. c. 3, Abdicat. c. 27, De Domo c. 3, ibid. c. 6, Fugitiv. c. 25, De Dea Syr. c. 31. H. I.
 ἀναπέπταται Lehmannus quoque conjectit. — οὐειδί A et v. ὑπὸ οὐειδί DGΑ, elegantí
 scriptura, quam Lehmannus Timon. c. 13 comparat. — in A nova persona non solum ante
 sed etiam post verba ἥγον ἵς τὸ πρόσθεν. — ἀμαράν τε ACGΑ. ἀμαράν γε D et v. —
 τὴν om. G. — δὲ ἐστὶν A et v. δὲ ἐστὶν D. — ὅθεν ADCGIVY. ὅπόθεν v. — ὃ ante ἀλεκ-
 τρυὼν om. D. — ante ὑπὸ φροντίδον interpungit A, ut volueram Praef. Quaestt. p. XXIX. —
 ἄλλως om. G. — ἄ A et v. ὃ Da. — ἄλλος DGLΑ. ὄλως A et v. — εἰδεις A et v. οἰδεις DG. —
 ἐξαιδεις A et v. ἐξ καὶ δέκα D. ἐξαιδεις G. — εἰδεις οἱμαι ADTVY. εἰδεις (omissio οἱμαι)
 v. — Σωσίλος σώσιλος AG. — ὄλος AC. ὄς DGΑ. ὄλως T et v. quod frusta defendere
 studui Praef. Quaestt. p. XXIX. — ὑπόντα] ὑπωνά a. ὑπον DLU. — ἐπιμελής ἄλλως οὐδὲ
 Solanus et postea AG. ἐπιμελής ἄλλως τ' οὐδὲ v. ἐπιμελής ἄλλο οὐδὲ D sic interpungens. — ὥν.]
 ἐστι L. — δὲ διηρπάσθαι Lehmannus. δὲ διερπάσθαι G. δὲ ἡρπάσθαι A. διηρπάσθαι (omissio δὲ)
 D. δὲ διηρπάσθαι v. — τάριχος οὔτω μεγάλης A et ut videtur C. τάριχος αὐτῷ οὔτω μέγα DGA.
 τάριχον αὐτῷ οὔτω μέγαν v. — ὄψωντανεναι χθὲς ἐλέγετο Y et qui ὄψωντανεναι A. ὄψωντανεναι
 χθὲς ἐλέγετο CGΑ. ὄψωντας χθὲς. ἐλέγετο D. ὄψωντανεναι χθὲς; ἐλέγετο v. — ἢ τῇ ACGΑ.
 δὲ τῇ D et v. — ὄλων. A sic interpungens. ὄλων etiam CGΑ. ὄλως v. et fortasse D. —
 οὗτοι οπαθοῖ τάμα Libri τάμα (τὰ μὰ AG) οὗτοι οπαθοῖ. Correxit Valckenarius ad
 Callimach. Fragm. p. 159 comicī esse senarium monens. — αὐτὰ ACGΑ. ταῦτα v. et fortasse D. —
 καπίτονονενοι Klotzius senarium esse monens. Libri καὶ ἐπιβούλευονοι. — τρυ-
 βία A. τρυβία D et v. — ἀπειμι ἔχον AGTVN. ἔχω v. et diserte D. De hac ipsa re supra c. 14
 est ὥχετο ὑπὸ μάλης ἔχων. — σιώπα A. σιώπησον D et v. — ὃ om. G. — Ante Ἀριστον
 nulla nova persona in A. — Ἀριστον οὖν] Libri Ἀριστον γοῦν. — διαφυλάττειν A. φυλάττειν
 D et v. — ἄπαντα ACGΑ. ἄπασαν v. et fortasse D. — Post ἄπαντα nova persona loquitur
 in A. — περίειμi D et v. περιειλένομαι AVY. — γε ὃ om. A. ὃ tantum om. DG. — μὰ δὲ
 A. μὰ διὰ D et v. Ceterum ante J. Seagerum post μὰ Διὰ falso distinxerant. Vide Quaestt.
 Lue. p. 58. — κινων D et v. κινων A. — ίδον AG. ίδον v. ante Lehmannum. — Post εἰπε
 δηλαδὴ recte interpungit A. Cf. Praef. Quaestt. p. XXIX et addē Hermotim. c. 63. — καὶ

πρώτον ἄπιμεν ἢ παρ' ἄλλον τινὰ τῶν πλουσίων; **ΜΙΚ.** Οὐ μὲν οὖν, ἀλλὰ παρὰ τὸν Σίμωνα, ὃς ἀντὶ διουλλάβον τετρασύλλαβος ἥδη πλουτήσας εἴναι ἀξιοῦ. καὶ δὴ πάρεσμεν ἐπὶ τὰς θύρας τί οὖν ποιῶ τὸ μετὰ τούτο; **ΑΛΕΚ.**

- 747 **Ἐπίθετο τὸ πτερόν** ἐπὶ τὸ κλεῖθρον. * **ΜΙΚ.** Ἰδούν ὡς Ἡράκλεις, ἥδη ἀνατέπταται ὥσπερ πλειδί ἡ θύρα. **ΑΛΕΚ.** Ἡγοῦν ἐς τὸ πρόσθετον ὅρᾶς αὐτὸν ἀγρυπνοῦντα καὶ λογιζόμενον; **ΜΙΚ.** Όοσι τῷ Δίᾳ πρὸς ἀμανθάν τε καὶ δημόσιαν τὴν δρυαλλίδα, καὶ ὡρὸς δὲ ἔστιν οὐκ οὐδὲ ὅθεν, ὡς ἀλεκτρούντων, καὶ κατέσπληκτον ὅλος ἐπετηκώς, ὑπὸ φροντίδων δηλαδή· οὐ γὰρ νοσεῖν ἄλλως ἐλέγετο. **ΑΛΕΚ.** Ἀκούσον ἄ φησιν· εἰσηγ γὰρ ὅθεν οὕτως ἔχει. **ΣΙΜ.** Οὐκοῦν τάλαντα μὲν ἐβδομήκοντα ἐκεῖνα πάντα ἀσφαλῶς ὑπὸ τῇ κλίνῃ κατορθώντα καὶ οὐδεὶς ὄλλος εἶδε, τὰ δὲ ἐκπαίδευα εἶδεν οἷμαι Σωσύλος ὁ ἵπποκόμος ὑπὸ τῇ φάτνῃ κατακρύπτοντα με· ὅλος γοῦν περὶ τὸν ἵππονά ἔστιν, οὐ πάντα ἐπιμελῆς ἄλλως οὐδὲ τριλόπονος ὄν. εἰνὸς δὲ δημοπάθεται πολλῷ πλειόν τούτων ἢ πόθεν γὰρ 748 ὁ Τίβιος ταρίχους οὕτω μεγάλους * ὡψωνικέναι χθὲς ἐλέγετο ἢ τῇ γυναικὶ ἐλλόβιον ἐωνῆσθαι πέντε δραχμῶν ὄλων; „οὐνοὶ σπαθῶι τάμα τοῦ πανοδαίμονος.“ ἀλλ’ οὐδὲ τὰ ἐπτώματα ἐν ἀσφαλεῖ μοι ἀπόκειται τοσαντα ὄντα. δέδια γοῦν μή τις ὑπορύξας τὸν τοῖχον ὑφέληται αὐτά· „πολλοὶ φθονοῦσι κατιβουλεύοντοι μοι,“ καὶ μάλιστα ὁ γείτων Μίκυλλος. **ΜΙΚ.** Νὴ Δία, σοὶ γὰρ ὅμοιος ἔγω, καὶ τὰ τουβλία ὑπὸ μάλης ἄπειμι ἔχων. **ΑΛΕΚ.** Σιάπα, ὡς Μίκυλλε, μή καταφράσῃ παρόντας ήμας. **ΣΙΜ.** Ἀριστον οὖν ἀγρυπνον αὐτὸν διαγιάττεν ἄπαντα· περίειμι διαγαστὰς ἐν κύκλῳ τὴν οἰκίαν. τις οὗτος; δοῶ σέ

ἐπιβούλεύομαι om. Da. post ἄπάντων haec posita in G. — [Ξιφίδιον] Ξιφείδιον G. — ἀν λάβω D et v. ἀναλάβω A. — Οὐκοῦν — ζηνσίον] Hunc sermonem Lucianus e certo comoediae loco sunsisse videtur et eo tali fere, qualem vel Plautus in Aululariae Act. I sc. 1 et 2 latinum fecit, vel Horatius in Epop. I, 33 ob oculos habuit. Jam Samosatensis alios trimetros verbo tenus retinuisse videtur, alios ita dissolvisse, ut versus vel sic agnoscere liceat, verba singula praestare non liceat. Memorabile est autem, vulgatam quam olim p. 304 servavi, τάριχον — μέγαν ὠψωνηκεν ἔχθες; ἐλέγετο δὲ τ. γ. metro facilius aptari posse, velati

τῇ γυναικὶ δὲ ἐλέγετο παραπλανεῖσθαι τῷ πόδι δραχμῶν ὄλων.

Alii versus non dicam fuerunt, attamen potuerunt tales esse
 Κούκι εἰδεν ἄλλος, τὰ δὲ δέκα οἷμαι Σωσύλος εἴοι ποτέ τά τετράστικον
 ὑπὸ τῇ φάτνῃ κατεῖδες κατακρύπτοντά με. Οἱ αἰσθητοὶ τοις δέκας τοις δέκας
 είκος δημοπάθεται πολὺ τέτων πλεύσα — Οἱ αἰσθητοὶ τοις δέκας τοις δέκας
